



Hermannus Germanico sanguine oriundus,  
 & Veronensis dominus omnis generis uirtutibus & insigni animi & corporis fortitudine fu-  
 it præditus. Cum itaque Fridericus Barbarossa Cæ-  
 far eius cognatus Romā cum exercitu proficisci-  
 retur, Hermannus eum secutus est, atque plurima  
 indicia suarum uirtutum exhibuit. Hoc modo Cæ-  
 fari & principibus gratissimus factus, ex Italia in  
 Germaniam redeuntes comitatur. Cum autē Ger-  
 mania & in primis Rheni tractus summopere Her-  
 manno placeret, cum Imperatore agere cœpit, ut  
 Verona recepta huius terræ partem sibi possiden-  
 dam daret. Commodè autem tum Iuditha uirgo e-  
 rat, cui hæreditate comitatus Badensis & Hochburgensis cesserat. Itaque Im-  
 perator eam suo cognato despondit, atque Marchionem Badensem & Impe-  
 ri principem constituit. Is postea Hermannus pietate & prudentia conspi-  
 cuus magna dexteritate suam ditionem gubernauit, atque Imperatori in re-  
 bus difficilimis armis & cōsilijs fortiter adhæsit. donec tandem annis & labo-  
 ribus exhaustus, ex hac uita migrarit, atq; filijs suis Vuernhero, Rodolpho,  
 & Alberto patri simili mis principatu tradiderit, ex quib; illustrissima fa-  
 milia Marchionum Badensium orta, quæ etiamnum ma-  
 gna gloria rebus ibi præfunt. Monst. lib. 3. Ger-  
 mania. Eorum Genealogiam  
 subiecimus.